

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1815

**Auteur(s) :** Guillaume du Hommet, connétable de Normandie [autre]

**Bénéficiaire(s) :** Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1190

**Lieu d'émission :** Aunay-sur-Odon

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume du Hommet, connétable du roi, donne toute sa terre de Langrune à l'abbaye Notre-Dame d'Aunay, le jour de la dédicace de l'église abbatiale.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Bajocensis, n° XXVI, col. 90-91.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus præsentibus et futuris ad quos præsens charta pervenerit, Willelmus de Humeto domini regis conestabularius, salutem. Noveritis universitas vestra me assensu et voluntate filiorum meorum, scilicet Richardi de Humeto, et Willelmi, et Henrici, et Jordani, et Thomæ, et Enguerranni, dedisse et concessisse, et præsenti charta confirmasse, sigilli mei appositione munita, Deo et beatæ Mariæ de Alneto, et monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, patris et matris meæ, et Luciæ uxoris meæ, et omnium antecessorum et successorum meorum, totam terram meam de Lengronia integre et plenarie in terris, in aquis, in hominibus et in dominiis, in redditibus et in reguardis, in auxiliis et in servitiis, in costumis et in pasturis, in placitis et in donis, in eschartis et in roleniis, in exitibus et in aventuris, et in omnibus aliis rebus et pertinentiis quæ ad manum Domini possunt, et solent et debent devenire, excepto tenemento quod tenet de me Gervasia de Sueio sicut de primogenito, et excepto tenemento quod tenet de me Jordanus de Maisnillo, et excepto tenemento quod tenet de me Willelmus Cotele in eadem villa. Hanc autem donationem feci prædictæ abbatia anno Domini 1190, die qua ecclesia ejusdem abbatia dedicata fuit, in dotem ipsius ecclesie, in puram et perpetuam eleemosynam, liberam omnino et quietam, et ab omni seculari exactione penitus absolutam, nihil in ea penitus mihi et heredibus meis retinens in futurum, nisi bonorum spiritualium et orationum participationem quæ in præfata abbatia fieri dinoscuntur. Si quis igitur aliquo tempore, aliqua occasione aliquid in prædicta terra vel pro ipsa vel de ipsa exegerii vel reclamaverit, ego et heredes mei per omnia et in omnibus de nostro proprio adquietabimus, et eleemosynam nostram liberam perpetuo manere faciemus, aut æquivalenter in loco competenti escambiabimus. Hujus donationis testes sunt D. Henricus Bajocensis, D. Willelmus Constantiensis episcopi, qui ipsum officium dedicationis solenniter celebrarunt, Petrus Cadomensis, Robertus Cerasiensis, Durandus Troarnensis Willelmus S. Laudi Constantiensis abbates ; Stephanus decanus, Henricus præcentor, Jordanus, Robertus, Radulfus archidiaconi Bajocenses, Philippus de

Croileio, Jordanus de Humeto, Radulfus Taisson, Hugo de Coluncis, Robertus de Haia, Johannes de Saligneio, Willelmus de Similleio.